

## Caput XV.

Echini marini, et lapidei, Echinita dicti: seu  
Crustacea marina naturalia, et petrificata camera-  
ta, id est, Monothalamia, plerumque rotunda  
vel subrotunda figura. Mann. Nogl.

## Sectio XLVI.

De Echinis marinis ob copiam ovarum Ovarii, vel  
Ovariformes, aut Ovariotidi dictis; vel Petrificatis  
Echinita ovarii appellatis. Mann. Nogl. v. d. Nogl.  
S. 166.

Echini marini  
Ovarii.

Echini marini Ovarii dicti, sunt Echini marini sub-  
rotundi basi ac vertice plani, et in basi ac vertice  
foramine donati; in basi quidem maiore latiore, et  
subrotundo, in vertice vero minimo. Sunt insuper  
papillis maioribus mamillaribus scutulatis in quin-  
que ordines distributis, quorum quilibet duabus dicta-  
rum papillarum seriis constat, et ornati; quo  
papilla maiores mamillares et scutulatae in nullo  
alio Echinorum genere, quam in hoc observantur:  
Echinus marinus ovarius dictus integer, et adhuc  
radiolis suis, aculeisque armatus. Eodem radiolis  
foliatus, ut eius papilla maiores scutulatae cum  
papillis mamillaribus, et simplicibus seu sine  
mamillis appareant, carumque mirus ordo obser-  
vari possit.

Echinus marinus  
Ovarius è mari rubro.

167. Echinus marinus ovarius rotundus nudus  
maior papillis maioribus mamillaribus scutulatis  
et minoribus